UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Simplicitas

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

¶ BIBLICI LOCI.

..non debent dona Dei, 2.*Reg*.5.*v*.22.26.*&c.Daniel*.5.*&*.17.
..10.*v*.8.*Act*.8.*v*.20.*&* 20.*v*.35.1.*Cor*.19.15.2.*Cor*.11.*&*.9.*&* 12.13

¶ SENTENTIAE BIBLICAE

Simonia bonis ſpiritualibus abutitur.

..is accepiſtis, gratis date. *Matth*.10.
..m vidiſſet Simon quia per impoſitionem manus Apoſtolo-
..retur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date &
..nc poteſtatem, vt cuicunq; impoſuero manus, accipiat Spi-
..S. Petrus autem dixit ad eum? Pecunia tua tecum ſit in per-
..m: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. *Act*.8

Pœnis grauibus percutitur.

..igitur accepiſti argentum, ſed & lepra Naaman adhærebit
..ſemini tuo. Et egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix. 4.*Reg*.3.
..eſt tibi pars neque ſors in ſermone iſto: Cor enim tuum non
..eſt coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia
..roga Deum ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.
..8.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

..Eunuchus fuit qui Ioſeph comparauit: ita qui gratiam
..uirium ſemen non habet ſiccis genitalibus, Sic quoque
..ſacrificii, qui per ſeptuaginta annos Babylonicæ captiuitatis
..vixerat, extinctus eſt Antiocho Iaſoni vendente ſacerdo-
..quod ſignificauit Spiritus ſancti ignem non lucere in ſimo-
..ſacramentis. *Aug. & hab*.1.*q*.1.*c.Sicut*,
..tiuntur quamplurimi negotiationem muneris mercari vel
..am Spiritus ſancti, dum illi pretium donant, vt pontificalis
..ſublimitatem accipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad
..m: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia exiſtimaſti
..Dei poſſe pecunia poſſideri. *Amb.in lib. Paſt. & hab*. 1. *q*. 1.
..ntur.

..ordinaretur epiſcopus, quod dedit, aurum fuit: quod per-
..mi fuit. Cum alium ordinaret, quod accepit, aurum fuit:
..dedit, lepra fuit. *Amb.de miniſteriis & hab*. 1. *q*. 1. *can. Cum*
..

..byter ſi per pecuniam Eccleſiam obtinuerit, non ſolum ec-
..mouetur, ſed etiam ſacerdotii honore ſpolietur: quia altare
..mas & Spiritum ſanctum emere vel vendere ſimoniacam
..eſſe, nullus fidelium ignorat. *Greg.in Regiſtro, hab*. 1. *q*. 1.
..byter.

..unque ſacros ordines vendunt aut emunt, ſacerdotes eſſe
..ſunt. Vnde ſcriptum eſt: Anathema danti, anathema acci-
..hæc eſt ſimoniaca hæreſis. Quomodo ergo ſi anathemati-
..& ſancti non ſunt, ſanctificare alios poſſunt? & cum in
..corpore non ſint, quomodo Chriſti corpus tradere vel ac-
..poſſunt? qui maledictus, benedicere quomodo poteſt? *Gre*.
..*Quicunque*.

..m omnis auaritia idolorum ſit ſeruitus, quiſquis hanc (& ma
..dandis eccleſiaſticis honoribus) vigilanter non præcauet,
..itatis perditione ſubiicitur, etiamſi tenere fidem verbis,
..negat factis, videatur. *Ibid.c.Cum omnis*.

..ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus
..quando in diuinis rebus non ſolum pecuniam nullam, ſed
..iam humanam gratiam requirit. *Greg.in tract. Euangelior*.
..1.*q*. *Sunt nonnulli*.

..ram quum Giezi à ſancto ſuſcepiſſe ſe credant Eliſæo, qui
..m ſacerdotalem ſe æſtimant pecuniis comparare. *Amb. in ſuo*
..

..ut validioribus morbis capite vitiato, reliquum neceſſe eſt
..inundatione ſuperioris morbi lethaliter irrigari: ita & hi,
..aput habentur Eccleſiæ, morbo peſtifero fraternum vitiant
..s, ita vt videas in Eccleſia paſſim, quos non merita ſed pecu-
..ad epiſcopatus ordinem prouexerunt. *Ibid*.

..mpe hoc eſt, quod doleo, quod Archiepiſcopus carnaliter Epi-
..um fecit: nam propter pecunias ſpecialiter leproſum ordina-
..Pecunia, inquit, tua tecum ſit in perditionem: quia donum
..Spiritus gratiæ pretio comparaſti, & commercium mirabile
..marum exitium peregiſti. *ibid*.

..Oculis quidem carnalibus videtur quis Epiſcopus magnus, &
..obtutibus inſpicitur leproſus magnus, qui per pecuniam
..uit in debitum ordinem, & apud Deum perdidit interio-
..hominem, caro ſuſcepit dignitatem, & anima perdidit hone-
..m. *ibid*.

..pe ſiniſtra principia ad felicem perueniunt exitum: vt Iacob
..ſupplantationem peruenit ad benedictionem: vt fruges, quæ le-
..manu ſeritur, munda tamen metitur. Vt ex adulterino concu
..pulchra ſoboles naſcitur: ſic & pecunia, quæ parſimonia ac-
..ur, felicem exitum habet, quum pauperibus profutura ero-
..r: ſed nihil horum ſimoniacis patrocinatur. *Hier.in epiſt*.

..cut Epiſcopum non decet manum, quam imponit, vendere, ita
..ſter vel Notarius non debet in ordinatione ſui vocem vel cala
..venundare. *Greg in regiſtro*.

..monia hæreſis contagium iam olim in Balaam pullulauit: qui
..ationis pretio propoſito, ad maledicendum populum Dei per-
..de hinc huius duo leguntur authores emerſiſſe: alter ſub Pro-
phetica, alter ſub Apoſtolica doctrina. Primus Giezi magiſter eſſe
vendentium, deinde Simon videtur emptor. Horum autem ſecta-
tores ſicut non ſunt in errore diuerſi: ita nec in damnatione diuiſi.
Hugo.l.2.de ſacra.par.10.

Certe acceptior eſt apud Deum iuſtitia, quam præbenda. Ideo cum in vtraque poſſit Simonia committi, damnabilior tamen eſt omnis venalitas in exhibitione iuſtitiæ, quam in venditione decimæ aut præbendæ. *Pet.Rau.in epiſt*.

Vide Tit. Munus.

Simplicitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Simplicitas, Græce ἁπλότης, ητος, ἡ, & ἁπλοῦς, ῦ, ὁ, ſimplex dicitur. Heb. *Pethaiuth*. Vide Etymol. Trilingue Lugdun. in voce ſimplex, *pag*.772. Eſt autem ſimplicitas virtus, ad quam pertinet directe præſeruare ſe à deceptione. *ſecund.B.Th.ſecund.Secunda, q*.3. *art*.3.

Simplicitas duplex eſt: quædam enim eſt contraria diſcretioni, quæ reprobatur: quædam contraria doloſitati, quæ bona eſt: de qua in Euangelio: Eſtote ſimplices ſicut columbæ.

¶ LOCI BIBLICI.

Simplicitas laudatur, *Prou*.28.*v* 6.18. ſimplicitas vera quæ, *Matt*. 10.16. *Act*.2.46. *Rom* 12.8. *&* 16.19.2.*Cor*.3.12. *&* 8 2. *&* 11.3 *Phil* 2.15 *Col*. 3.22. ſimplicitas omnibus piis neceſſaria eſt, *Matt*.5.*&*.8.37. *&* 6.4. *&* 10.16. *&* 12.33. *Act*.2 46. *&* 13.10. *Rom*.16.19.1.*Cor*.13.4. *&* 14.20.2.*Cor*.8 2. *&* 9.11. *&* 11.*v*.3.13. *Phil*.2.15.

Simplex & rectus, *Gen*.20.6. *&* 25.27. *Iob*.1.*&*.1.8. *Matt*.10.16. *Act*.2 46. *Rom*.16.18. *Eph*.6.5. *Cor*.3.22. ſimplici corde diligendum, 1.*Pet*.1. 22. ſimplices in malo, *Rom*.16.19. ſimplicibus & humilibus reuelat ſubinde Deus, quod abſcondit iis, qui ſibi videntur ſapientes, *Eſa*. 29.*v*.18.24. *&* 32.4. *Eccl*.9.15. *Matth*.11.25. *Luc*.2.9 *&* 5.8 *&* 10.21. *Act*. 4.13.1.*Cor*.1.24. *&* 2.1. ad ſimplicitatem hortatur Chriſtus, *Mat*.10.16 in ſimplicitate conuerſatus Paulus, 2.*Cor*.1.12. in ſimplicitate tribuendum, *Rom*.12.8.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Simplicitas in bono perficitur.

Vir erat in terra Hus nomine Iob. Et erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. *Iob*.1.

Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus? *ibid*.

Fortitudo ſimplicis, via Domini. *Prou*.10.

Iuſtitia ſimplicis diriget vitam eius. 11.

Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. *Sap*.1.

Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. (*Matth*.6.

Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. *Io*.

Sed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. *Rom*.16.

A Domino reſpicitur.

Deus non proiiciet ſimplicem. *Iob*.8.

Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. *Prou*.10.

Abominabile cor prauum, & voluntas eius in his, qui ſimpliciter ambulant. 11.

Iuſtus, qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios relinquet. 20.

Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit. 28.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Habete ſimplicitatem columbæ, ne cuiquā machinetis dolos, & aſtutiam ſerpentis, ne aliorū ſupplantetis inſidiis, quia non multū diſtat in vitio, aut decipere, aut decipi poſſe. *Hier.ad Ruſtic*.

Prudentia abſque ſimplicitate malitia eſt, & ſimplicitas abſque ratione ſtultitia nominatur. *Hier.ſup.Oſeam*.

Simplex eris, ſi te mundo non implicaueris, ſed explicaueris: explicando enim te à mundo, ſimplex: implicando, duplex eris. *Aug. hom*.2.*in Ioan*.

Nihil diuitius viro ſimplici. Quid enim ſimplicitate diuitius? quæ ſicut bonus paterfamilias ſatis ſibi abundat, & ſua puritate contenta, non quærit alienum: nec abrodit, ſed de cæteris fingit, nec ſe in artes varias ſæpe commutat, ſicut aſtutia, quæ vt ſit cauta, timet omnia, nec ſuis conſiliis credit, verſat ipſa ſuas ſententias, ſimplicitas autem timere nil nouit. *Hier.ſup.Oſeam*.

Vtraq; bene in admonitione conuertit, vt ſimplicitatem columbæ aſtutia ſerpentis inſtrueret: & rurſus ſerpentis aſtutiam columbæ ſimplicitas temperaret. *Greg.in mor*.

Nihil ſimplici corde felicius: quia ex quo innocentiam erga alios exhibet, nihil eſt, quod pati ab aliis formidet. Habet enim quaſi artem quandam ſimplicitatem ſuam: nec ſuſpectus eſt, pati, quod ſe feciſſe non meminit. At contra mens praua ſemper in laboribus eſt: quia autem molitur mala, quæ inferat: aut metuit, ne ſibi hæc ab aliis inferantur, *ibid*.

Omnibus nobis in conuerſionis initio nulla virtus magis neceſſaria eſt, quam ſimplicitas humilis, & grauitas verecunda. *Bern, in quodam ſerm*.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De beato Iob dicitur, quod erat vir ſimplex & rectus Simplex videlicet per innocentiam manſuetudinis, rectus per cautelam diſcretionis: ſimplex, quia nullum lædere, immo prodeſſe deſiderabat: rectus quia ſe à nullo corrumpi permittebat. *Bed. de temp Sal. l.* 1.

Simplicitas ſine rectitudine diſſoluta eſt, & ſtulta: rectitudo autem ſine ſimplicitate auſtera nimirum exiſtit & dura, verum vtraq; virtus coniuncta perfectum reddit hominem. *ibid,*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Simplex perpetuo non facit ad ea, quæ nunquam ſimplicia ſunt. *Plato de regno.*

Simplex primum, ad quod reſoluuntur omnia, nunquam caret omni forma propria, per quam res exiſtunt, alioquin non ſubſiſteret, quum eſſet vacuum formis: ſed quum aufertur vna forma, ſuccedit altera: quare recipiendo formam ſubinde à ſuo primo motore efficit etiam ipſum. *Ariſt. Theol. Ægyptia l.* 4. *c.* 2.

Simplex bifariam dicitur: vnum quale ſubiectum primum primordium omnium corporum, ſuſceptiuum formarum, menſionum trium, & quatuor qualitatum, & ex aliquibus non compoſitum, & ideo eſt ſimplex abſolute: alterum eſt ſimplex comparatu rerum ex eo compoſitarum, vt elementa. *idem ibid. l.* 12. *c.* 6.

Simplex res nulla nobis occurrit, ſed omnes mixtæ: nam nec colores à nobis percipiuntur, ſed temperatura conſtans ex ſubiectis & lumine: nec odores, ſed exhalationes ex corpore & aere, nec ſapores, ſed id, quod conficitur è re guſtabili, & humore ſaliuario. *Phil. de temulentia.*

Simplicitate nihil poteſt ſuperius cogitari: hæc autem ipſa vnitas: vnitas igitur non ſolum eſt primo omnium, ſed etiam eſt ipſa primitas, cuius ratione cæſera ſunt vbiq; priora: per hanc & ipſum ens prius eſt ſequentibus per vnitatem coniugatam ſibi, & ipſo ſuperiorem. *Fic. in Plot. En* 9. *l.* 9. *c.* 1.

Simplex natura eſſe debet ſupra rei compoſitæ multitudinem: ab vno numerus, ſimplici compoſita omnis conflatur. *idem in Plat conuiui. orat.* 6. *c.* 15.

Simplicitas ſuprema ſuper æternitatem extat, à qua in diuinis mentibus integra fit æternitas, & in animalibus rationalibus æternitas tempori mixta, & in mundi ſphæris ſempiternitas temporalis, in his autem, quæ ſphærarum motu virtuteque fiunt quædam portio temporis. *Fic. in Plat. Tima. c.* 7.

Simplex quod non eſt, non eſt primum, & quod primum non eſt, non eſt ſimplex. *Idem in Plot. En.* 2. *l.* 9. *c.* 1.

Simplicia & indiuidua compoſitis & diuiduis ſunt priora. *Idem Theol. Plat. l.* 1. *c.* 3.

Simplicia cognoſcuntur vel definitione, vel deſcriptione: non definitione Deus cognoſcitur, quia nec genus, nec ſpecies, nec differentia eſt: non deſcriptione, quia nec affectationes, nec propriæ nec communes ſunt. *Iacob. Carpent. in Alcin. c.* 9.

Simplicia præcedunt naturam compoſitorum. *Simpl. in* 1. *de cælo text.* 12. *col.* 12.

Simplices motus ſunt ſimplicium corporum, & quot ſimplices motus, tot ſimplicia corpora. *idem* 3. *de cælo tex.* 52. *col.* 47.

Simplicia aut ſunt elementa, aut elementorum retinent officium & rationem: iccirco ſua compoſita præcedunt. *Io. Gr. in* 1. *prio.*

Simplicis famoſior intentio eſt illa, quæ ſignificat hominem abſolutum. *Auer. in* 12. *Metaph. tex.*....*co.* 37.

Simplex omne non eſt in materia. *idem ibid. tex.*....*co.* 49.

Simplex dicitur duobus modis, quod vnum eſt, quod non eſt compoſitum ex multis partibus, tamen eſt compoſitum ex materia: & ſic dicitur de quatuor corporibus, quod ſunt ſimplicia. Aliud dicitur de eo, quod non eſt compoſitum ex materia & forma, quæ mutatur ad formam in potentia: & eſt corpus cœleſte. Et præterea ſimplex dicitur, cuius definitio totius & partium eſt eadem, licet compoſitum ſit ex quatuor elementis, *Auer. ex deſtruct. diſput.* 3.

Simplex quod eſt, caret potentia, & quod caret potentia, ſimplex eſt. *Auer. in* 8. *phyſ. tex.* 78.

Simplex vnum non habens aliud & aliud in potentia agendi, vel patiendi, eſt penitus impaſſibile: quia potentia, actiua & paſſiua ſunt diuerſæ ſecundum principia. *Alb. Mag. in* 9. *Metaph. tract.* 1. *c.* 2

Simplex in natura nihil eſt, niſi quod ad eſſe diſtinctum eſt, & determinatum. *idem de prædicab.*

Simplex eſt id, quod caret parte eſſentiali, & ſecundum quantitatem. *in* 1. *phyſ. c.* 13.

Simplex per decoctionem totum rarius efficitur. *Alb. Magn, in* 2. *Meteor. tract.* 3. *c.* 26.

Simplex per ſeipſum acceptum magis ſentitur, & fortiori motu mouet ſenſum, quam ipſum idem cum alio commiſtum: & ſimplex voratur, quod eſt per modum habitus immiſtum, non autem per modum priuationis: & hoc fit, quia miſta ſe inuicem obſcurant, dum miſcentur. *idem de ſen & ſen. c.* 3.

Simplicia aut omnino intelliguntur, aut omnino ignorantur. *D. Tho.* 9. *Metaph.* 11. *tex.* 22.

Simpliciora quæ ſunt notiora naturæ, & priora, cadunt in cognitionem noſtram per poſterius: & hinc eſt, quod prima principia, & Deum non diffinimus per poſteriora. *in* 10. *Metagh. l.* 4. *t.* 9.

Simplicius quanto magis aliquid eſt: tanto ex paucioribus conſtat. *Alex. de Ale. in* 1. *Metaph. tex.* 1.

¶ BIBLICA EXEMPLA.

Simplicitatis *exempla*: Abimelech, *Gen.* 20. *v.* 4. 5, Iacob, [...] & 29, *v.* 25, 28, Populus, 2, *Sam.* 15, 12, Dauid, 1, *Reg* 9, 4, 1, *Paral.* [...] Naaman, 2, *Reg* 5, 23, Iob, *Iob.* 1, 1, & 31, *v.* 5, 9, Iudæi, 1, *Macch.* [...] Daniel, *v.* 60, Gedolias, *Ierem.* 40, *v.* 16, Nathanael, *Ioan.* [...] deles, *Act.* 2, *v.* 46, Paulus, 2, *Cor.* 1, 12.

Simulacrum.

¶ BIBLICI LOCI.

SImulacrorum ſeruitus, auaritia, *Coloſſ.* 3. *v.* 5, cultus [...]endus, *Act.* 15, *v.* 20.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Matth. 8.

Qui finxit ſacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos: qui colit, ille facit.

Stat. 2. Theb.

Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma Dei, mentes habitare & pectora gaudet.

Ouid. 2. Pont. 8.

Felices illi, qui non ſimulacra, ſed ipſos,
Quique Deum coram corpora vera vident.

Idem 1, Pont. 8.

Quos dedit ars, vultus effigiemq; colo.
Sic homines mouere Deos, quos arduus æther
Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis.

Simulatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

SImulatio, Græce ὑπόκρισις, εως, ἡ, & ὑποκρίτης, [...] ſcitur. Hebr. *Choneph*, Eſa. 32. 6, à verbo *Chaneph*, [...] velatus fuit, nubilus & obſcurus fuit, ſimulatione [...] crita, nebulo, malitiam cordis ſui obnubit, præ ſe ferens [...] probitatis. *Chanuphah* etiam ſimulatio dicitur, Ierem. [...] dem verbo. Hinc νέφος nubes, νεφέλη, nebula: & Lat. nubo [...] Nam vt cœli facies obnubilata nobis alia apparet: ita ſimulatores [...] rios vultus induit. Eſt autem ſimulatio proprie mendacium [...] gnis factorum exteriorum, ideo ſemper eſt peccatum. Sed [...] mitur pro fictione, *ſecund. B. Tho. ſecund. Sec. q.* 111. *art.* 1.

Simulo & diſſimulo ita differunt; Simulamus enim eſſe [...] non ſunt: Diſſimilamus ea non eſſe, quæ ſunt. A ſimulo [...] tas, hoc eſt, odium, quod qui ſimultates exercent, inter [...] loquuntur: vel dicitur à contrario, quia minime ſunt ſim[...] ſimulto verbum, hoc eſt, ſimultatem exerceo, & odium [...] fit etiam ſimulacrum, quod ſit ficta imago alicuius.

¶ LOCI BIBLICI.

Simulat Dauid inſaniam. 1. *Sam.* 21. 13.

Simulatio & hypocriſis cauenda, *Eccl.* 1. 36. *Iob.* 15. 34. *Eſa.* [...] 9, 6. 2. *Mac.* 6. 24. *Matth.* 23. 1. & c. abeſſe debet à Chriſtianis [...]

¶ APOPHTHEGMATA.

Charondas. Inter leges, quas tulit Catanenſibus, hæc [...] ſcitu digna: Vnuſquiſque ciuium ſe temperantem potius [...] pientem videri ſtudeat. Nam ſimulare ſapientiam magna [...] periti & vilis animi ſignum. Temperantiæ autem ſimul [...] eſſe vera, neque vllus egregia facta ſimulet, qui reipſa & [...] actionum bonarum nihil habeat. *Stob. ſerm* 24.

Diogenes, cum in conuiuio placentam ederet, diceretque [...] tum quiſpiam: Quid comedis Diogenes? Suſpicans, Cynicum [...] loſophum neſcire, quid eſſet placenta. Panem, inquit, bene [...] Diſſimulans ſe ſcire, quid eſſet aliis placenta. *Laert. l.* 6. *c.* 2.

Polydorus. Quum in Meſſenenſium regionem educeret [...] Polydorus, roganti cuipiam; Num aduerſus fratres eſſet [...] turi? Non, inquit, ſed in eam agrorum partem proficiſcimur [...] nondum ſortito diuiſa eſt. Eluſit percontatorem, diſſimulans [...] lium ſuum. *Plut. in Lacon. apoph.*

Demoſthenes. Poſtquam Demoſthenes metu Antipatri [...] ſet in Calauriam inſulam, ſeque in Neptuni templo con[...] Archias ex tragœdiarum hiſtrione potens, illi blandis ſer[...] perſuadere conaretur, vt ſeſe in Antipatri fidem committeret [...] modo nihil paſſurum mali, verum etiam ampliſſimis [...] honorandum: In ſcena, inquit, mihi nunquam placuiſti [...] que nunc perſuadebis orator. At vbi commotus Archias [...] tur, ſe detracturum illum è templo: Tandem, inquit, ora[...] cedonica aperuiſti, nam prius hiſtrionum more ſimulabas. [...] *Demoſth.*

Metellus. cum Scipioni viuenti fuiſſet inimicus, mortem [...] illius grauiter tulit, iuſſitque filiis, vt ſubeuntes pheretrum [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN